



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Theodora Poenitens. 11. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

II. Sept. VITÆ SANCTORUM. 571
*Cui enim rectius vitam nostram impendi-
 mus, quam illi à quo accipimus? cui si in
 hoc seculo militaverimus, tunc ad ipsum
 transire merebimur.* S. Paulin. ep. 39.

S. THEODORA POENITENS.

II. Septembris.

Vrum an feminam spectasse te, le-
 ctor autumas? utrumque, si mihi
 credis. Nam femina puto, fuit THEO-
 DORA, cum lapsa est, vir, cum surre-
 xit. Id te vita docebit. Tenebat illa ma-
 tronas inter Alexandriæ principem lo-
 cum. Sed ex hoc lena eademque venefica
 turpiter dejecit, cum quæ Sol occidens
 non spectat scelera impunè perpetrari
 suasit, itaque adulterium persuasit: ac si
 tunum solummodo cælum oculum habe-
 ret & mediâ etiam in nocte Argus non
 esset. Vedit ipsa THEODORA crimen,
 cum primùm lux animo oborta est, &
 quò ruborem absconderet, coenobio se
 abdidit, u que viros effugeret, inter vi-
 ros virum se venditavit. Et jam lacry-
 mas quibus, facinus piabat, vel Cro-
 codilus probaverat, dum dorso inno-
 xiā per fluctus tulit; jam silvæ, per
 quas invidi monachi intempestâ nocte
 miserant à feris devorandam, virum &
 ipsæ crediderant; cum loco pellere dæ-
 mon malus aggressus, non quidem virum
 ne-

572 VITÆ SANCTORUM. 12. Sept.
negavit THEODORAM, sed tamen in-
famis mulierculæ ope rā patrem mentitus
est. Poterat se ipsam ab solvere Theodora
sexum fatendo, sed maluit suum sub alieno
scelere scelus luere. Itaque pulsæ cum
infante septem ipsos annos propter Mo-
nasterii fores jacuit cæli hominumque
injuriis exposita. Denique cætera mira-
cula, & morientis apud cælitæ gloria
Cœnobiarçæ ostensa, adductusque eo-
dem temporis articulo maritus, mors
ipsa denique palam orbì fecerunt femi-
nam fuisse Theodoram, sed quam viri
imitarentur. Ex Metaphrast.

Meliora mihi amici vulnera, quæ Christus accepit ut sanaret me, quam voluntaria inimici oscula, quibus mihi per illebras delectationum caro malesuadabatur, ut quasi parricidaliter. Inde osculo paratis in captivitatem meam prodat inimicus. S. Paulin. ep. 2.

S. GUIDO CONF. 12. Septembri.

ETiam GUIDONEM humili genere
natum ad astra virtus evexit, tutissima
eorum scala, qui generosi humi ob-
repere detrectant. Natalem terram Bra-
bantia dedit. Puer non prius animo hilari
esse unquam potuit, quam aut preces
Deo, aut egeno stipem dedisset, quam
ubi non habuit, ipse scilicet coegerit,
mendicorum mendicabulum. Ado-
lescens